



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Meditationes Rerum Divinarum In Psalmos
Quindecim**

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3683

120 Leuau oculis meos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60352)

*Halleluia, salus & gloria & honos, & po-
Apoc. 19. testas Domino Deo nostro, Amen.*

*Meditationis in psalmum
CXIII & CXV finis.*

ARGUMENTVM PSAL-
mi CXX.

OMne in Deo auxiliij est & præsidij
firmamentum, eoq; ceu munimen-
to tecta vndiquaq; ac defensa est
iustorum hominum, qui ad ipsum consu-
giunt salus & vita.

MEDITATIO IN PSAL-
mum CXX. iuxta He-
braeos CXXI.

Cum ea sint rerum maximarum cõ-
uersiones, qua in vita nostra statu
incidunt, nulla vt eius pars ab sum-
ma sollicitudine ac mœrore vacua sit, fit
certè vt inquietus animus, nec ipse sibi confi-
liũ dare, nec à se desertus, vllas ad resisten-
diũ vires adferre possit. Et quanquã is la-
bor

bor generis humani, in omnem vitā, lege
diuina causis quē eternis incidat, vt in eo
quod et cōmune omnibus est, voluntateq;
cælesti constat, quædam ad consolandū le
uiusq; ferendū ratio esse queat, ea tamen
& delictorum nostrorū & iudiciorū cæle
stium cause interueniūt, quæ animū sum
mo sensu doloris, sic a siduo perurgent, vt
in omnes mentis partes se proferat dolor,
eiq; omnia præsidia adimat, quæ ipsi aut
à natura tributa sunt, aut omni ope huma
na prouideri possunt. Itaq; tristes rerū gra
uissimarū imagines infestaq; omnia rati
oni obuersantur, quæ eā angustis sinibus
coarctāt, et in desperationē impellunt, cui
desperationi resisti non potest, nisi ducēte
Dei spiritu, discussis nebulis malarū cogi
tationum, ad lucē salutemq; aditus fiat.

Quā obrem omnis ad Deū vertenda mens
est, qui vna est bonorū causa, & cuius ad
iuuandū et facultas diuina est et æterna,
incommutabilisq; voluntas. Si enim in cō
sideratione ponatur, quo loco deus hominē

N 5 initio

in initio rerum posuerit, tum quibus ipsius naturam donis, ac quam augusto felicitatis iure honestauerit, & munierit: contra autem quam iusto Dei maledicto, ille haec omnia noxius amiserit, ac rursus, quomodo in pristinam suam restitutus dignitatem, ea quibus exciderat bona, gratuito Dei dono recuperauerit, quis est qui non tota mente vim illam diuinam conseruantem omnia persentiat, vt conquiescere omnium bonorum fletus possit, cum & mitissimi parentis, & omnium rerum potentis Dei beneficentiam testificatione sempiterna declaratam esse agnoscat. Quamquam enim omnis impura vita ratio, dei seueritatem postulet, & grauissima atque iusta poena sit peccati: Immensa tamen Dei misericordia est, nemo vt prorsus fracto animo esse, et tantos sumere dolores debeat, vt spem omnem amittat, se consolatione exspoliet, praecipitetque in summam desperationem, vnde ei ad salutem reditus esse non possit. Tantum ergo omnibus in rebus deo tribuendum

endum est, vt quanq̄ sepe omnia intole-
 rabilia esse videatur, tamen se animus con-
 firmet, et magnis ad Deū precibus conuer-
 sus, in eo omnē spei suæ anchorā defigat. So Ad Rom. 1.
 lus enim ille fontē iustificat, natura q̄ hu-
 mana imbecillitatē exuberāte gratia sua
 confirmat. Atq̄ hæc vna, eaquē plena rerū
 suauissimarū, & omni cōsolatione referta
 ratio est, qua iusti homines de sua salute am-
 pliſimē decernunt. Quanq̄ enim illi sepe
 aspera & dura cōditione vtatur, tamē sua
 patientia suæ saluti cōsulunt, suāquē in sta-
 re liberationē, et diuinū cœlestequē regnū
 quod eis ab orbe cōdito paratum est, propē
 esse sciunt. Tū enim absterget Deus omnē
 lachrymam ex eorum oculis, nec ampliū
 mors erit, neq̄ luctus, neq̄ quiritatus, neq̄
 labor erit ampliū, q̄ priora abierint. In
 hāc spē oēs vocamur, præstemus modō offi-
 ciū oēs, quo factō salui erimus, et Dei cle-
 mentia nos excipiente, illā futuram mag
 na diei iram fugiemus & euitabimus. In
 hanc ego cogitationē inductus, fluctuante

Luc. 27.

Matt. 25.

Apoc. 21.

Matt. 3.

Apoc. 6.

N 6 inter.

Apoc. 6.

inter fiducia & timorē mēte, Deo adorato,
10, eiusq; gratia confirmator factus,

Leuauī oculos meos in montes,
vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meū à domino, qui
fecit cœlum & terram.

EGo in hac miseria vita, languētes oculos ac fletu madētes, è terris ceu è profundo caliginis loco, ad sanctissimos cœli mōtes, illā excelsam decorāque Dei sedem leuauī, vnde mihi venit auxiliū & desiderata liberationis aternitas. Quae enim spes auxiliij esse possit? deiectis in terram oculis ac mente, ea que ab ratiōe, deoque auersa? O durā conditionē vita, quam qui sequuntur in summū exitiū se dant atq; interitū. Nā ad terrena et indigna conuersis, incredibilis oritur cecitas mentis, eius vt aciem rerū vilissimarū cura prorsus hebetet, opinionis errore, omnem veri iudicij sensum premente. Vnde Dei offensa, & ex illa serie sēpiterna profluētes pœna, quibus omnes
qui

qui simulacbris inaniū rerū falsi ac sedu-
 ctī, ad infirmissima presidia se conuertūt,
 ad extremū obruuntur. Ast ego ō pater, ac
 caeli terraq; domine, quum inter ea mala
 verser, qua metis mea ad tranquillitatē cō-
 parata statim prorsus obruūt, id quod v-
 num ad salutē superest, oculos & animam
 in sublime attollo, diuinamq; opē tuā pas-
 sis manibus & cōsternata mente expecto.
 Quanquā enim mœrore cōfectus affligar,
 & praegrinonia animi ingemiscā, tamē
 omni timiditate animi, diffidentiaq; abie-
 cta, te mihi subsidio fore, laboresq; meos
 mitigaturū spero. In te vno defensio mea
 erit. Liberabis enim, nec opprimi calami-
 tatū grauitate sine eū, qui sublato in cœ-
 lū animo et vultu, operā tuam desiderat,
 et à te solo eā impetraturum confidit. Æsti-
 met omnia vt velit mūdus, de quē rebus ar-
 bitratu statuatur suo, tu meus & arbiter &
 iudex, et dominus es, te duce rectū cursum
 tenebo, te vindice liber ab summo interitu
 et auctus omni dignitate ero. In te vno de-

fixa omnium consiliorū meorum ac vita
 ratio erit, à qua nulla me perturbationū
 acerbitas, nullus damnationis terror auer-
 tet. Itaq; certa recreatus spe exurgā meq;
 erigā. Sunt certè multa ac sanè omnia in
 me, quæ te offendere possint, sed non ideò cō-
 spectū tuum fugiā, veram culpā depreca-
 tus, oculos attollā ad te, certa spe fore, vt
 autoritatē tuam secutus, te defensorē habe-
 am vitæ ac rerum mearū. Quomodo enim
 me destitutū arbitrabor? aut vllius vnquā
 mali vim ad me redundaturā extimescā?
 si ad eum me vertā, qui cœlum fecit ac ter-
 rā, autor operis tanti, cuius magnitudinē
 assequi nullius hominis cognitio potest. De-
 serētne voluntatē eius secutū, et ab eo cōser-
 uationē salutis suæ omni officio lachrymis
 q; petētē auersabitur, et abijciet? nō abijci-
 et, quia aterna eius benignitas est, nec vn-
 q; ipsius maiestati hoc crimē intentandū,
 vt nolit, nō hac tanta iniuria, vt nō possit,
 infinita eius potentia est facienda. Quāob-
 rem anime mi, spem habe in Deo, et inter-
 estu-

estuantes malorum procellas grauesque
euentus vitæ, certò statue te ope diuina
semper septum & munitum esse.

Nò det in cõmotionẽ pedẽ tuũ
neq; dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit, neq; dor-
miet, qui custodit Iſrahel.

Iux. Heb.
Dabit.
G. Ne des.
Soporabi-
tur.

VIS quidẽ innumerabilis est incõmo-
dorum vitæ, vt animus noster, eorũ
grauitate constrictus hæreat. Quod enim
tantum robur? quæ tãta firmitas est? quã
non in his tenebris vitæ, labefactet magni-
tudo vrgentium rerum, quæ horribili sæ-
pè impetu in hominũ vitã feruntur. ibi la-
bantes animi prorsus cõciderẽt. nisi vis in-
terueniret diuina. Nunq̃ enim Deus nostri
custodiã dimittit, nec vnquã cessat, puiden-
tia cœlestis ratio, noctes ac dies, & omni
momẽto nos sequitur, nec vllus est in vni-
uerso locus, quo nõ illa penetret ac ptingat.
Sapè quidem ita res sunt, vt dei cura
et procuratio auersa à nobis esse videatur.
Sed

Providen-
ti a Dei.

Sed falsa ac vecors, et fragilitate conditionis nostræ expressa ista fluctuatio & ambiguitas est deturbata à sede sua mente, quæ tamen statim vt animus noster se ad cælum attollit, deprimatur et euanescit. Postquam enim ex hoc perturbato diuersorio excedens, in illud cœleste domiciliū, contemplatione eò traducta immigrauit, mox recreatur, et quasi caligine depulsa lucē aspēctat. Hanc viā boni sequuntur, & se in eam attollunt spē, vt ipso deo pro ipsi sexculbāte, nihil in vniuersa natura sit, quod vllorerū aduersarū impulsu, eos ab fiducia ac veræ fœlicitatis sensu, et q̄ omnia magnitudine exuperat sua, ab ipsa immortalitatis perceptione auertere possit. Vis enim diuina omnipotentem suā vim exercet, ac quod per se fragile est atq; infirmū, in excelso fœlicitatis gradu cōstituit, vt summa potestate defensum, et præfidio sempiterno cōmunitum esse possit. In hanc spē te mi anime aduoca, ex his malorum lamentis emissus, ac Deo inter angustias vitæ adora

to & inuocato te cœlestiū rerum fide cōfir-
ma. Ab hac spe nihil te in hoc reliquo cur-
su vitæ depellet. Si enim animi sensum ad
ortū atq; originē referes tuā, is certè in eā
cognitionem te adducet, vt vim illam diui-
nam, ad tui conseruationē omni momento
impensam, agnoscere possis. Qua enim ra-
tione cōpacta structura corporis tui? quo-
modo natus? quomodo alitus? cū nondū
ingredi, nōdum fari, pastum accipere, nec
te ylla ratione tueri posses? imbecillus et æ-
ger, donec grandior cū atatis progressu fa-
ctus, hac vt cunq; administrare per te ipsū
possis. Et tamen quantulū illud est, quod in
omnibus consilijs et actionibus vitæ effici à
nobis possit? nisi cōseruatio et cura interue-
niat diuina, qua deserti, vitā & omnia a-
mittimus, nec quicq; ab summo nos interi-
tu tueri potest. Quamobrē de Dei ope, nul-
lis terminata finibus, eā spem concipe, si re-
cta erga eum tua voluntas erit, ac tu custo-
diā rerū tuarum ei permittes, fore vt te in
omni fortuna ac vitæ tueatur et cōseruet.

Certò

Vmbra. Certò enim Dominus custodit te,
Dominus protectio tua, super
manum dexteram tuam.

Nam si recta cogitatione omnem tuam
vita seriè et cursum expendes, an nõ
in malis sæpè positus, te semper cura omni
& periculo solutum esse agnoscis? Quoties
calamitate quasi in mortè atq; ad inferos
deiectus esse visus, medijs è malis elatus es
ad fœlicitatem, atq; gloriã & tranquilli-
tatem vitæ? Ita insperato versa omnia, cõ-
fecta quæ diuinitus sunt, quæ nulla ope hu-
mana fieri potuerunt: Deum enim ceu ad-
latus, tuamquæ manum dexterã adhaeren-
tem vmbra præsentem semper habes, eoq;
vindice, pacatis fluctibus rerum, securus tibi
ad omnem tranquillitatem vitæ munitus
est cursus. Eius beneficij æterni gratia recor-
datio in mente tua versabitur, semper ut
statuas, nihil tuis consilijs, nihil actioni-
bus dandũ, sed omnia deo deferenda et tri-
buenda esse: quamobrem ei te totũ permit-
tes. Ita enim, Per

Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.

LAE dunt certè nos omnia, sol æstu, luna frigore, in quibus malorum vita significatio est. Sapè enim ceu feruentissimis flammis aduruntur animi, vt sub rapidissimo sole deprehēsis accidit, quū fatigata siti corpora æstuant, mentes enim magnis facibus dolorum accendantur, sed omnē illā flagrantium acerbitatū grauitatem, restinguit vis diuina fauorq; cœlestis, quo anhelantes animi refrigerantur, beneficentiæ diuinæ leni aura sic afflāte, eosq; obūbrante, vt ab omnibus incōmodis interquiescere possint. Rursus verò cū oēs sensus nostri ex infinitis perturbationibus rerū grauissimarū, q̄ in vitā incidūt, exterrētur, et quasi gelu astricti torpēt, iterū diuinitūs, ceu vitali calore atq; spiritu excitātur, vt vires suas recuperent, et ab interitu liberi fiant. Sic vt interdū ac noctū, nec noxtiarum rerum flamma animos purat, nec frigus mētes ad omnia segnes ceu lethifero sopore obruat. Itaque

cum in omni parte et conditione vite, ad succurrendum in malis tanta propensio sit Dei, desine timere anime mi, quoniam

Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in seculum.

HAEC enim sperata sortis & felicitatis amplitudo, nos undiquaque complectens, ad beatam vitam efferet, Deo amabili gratia sua et omnipotentia tuente. Nunquam enim nos negliget, aut indefesos esse sinet, parata eius semper est voluntas, & tanta ratio potentia, quam infirmare nulla res potest. Hec nos fiducia omni liberabit timore, et in optatum portum deducet, ut uberrimo & perhenni eius gratia fonte aspersi et perfusi, gloria eius caelesti expleamur. Itaque proferte se undique magnitudine & clementia tua, o domine, paterque caelestis subsidij indigus

atque

atq; auxiliij, oculos ac mentē terrore per-
 cussam, ad cælū attollo, et contēplatus ope-
 rum tuorum mole, & causas rerum natu-
 ra, quibus omnia mirabiliter ac diuinè re-
 guntur, certò agnosco, vim tuam cœlestem
 semper præsentē esse, et ad mea salutis cu-
 stodiã pertinere. Certè status nostri tã for-
 midolosa cõditio est, vt interdū ac noctu,
 omnia ad nos incõmoda, doloresq; assidui
 & acerbissimi redundent. Sed nihil tã in-
 festum & atrox et inimicum est, quod nõ
 à miseris, qui tua se tutela dederunt, legi-
 busq; obligãrunt, perfacili ratiõē auertas.
 In huius spe ac recordatione acquiesco, &
 supplex per tuã immensam misericordiã
 oro, vt me seruũ deditum addictumq; ti-
 bi, & ad te vnum cõuersum, inter summos
 timores vitæ, aeterna nominis tui custodia
 defendas, auferasq; omnia, qua salutē
 mea officere possunt, nec eã in discriminē ve-
 nire vnquam sinas. Sic in terris custodia
 tua diuina defensus, posteaquã in hac
 mortis vicinitate è vita excessero, in cœ-
 lum

lum receptus, quo nulla malorum vis per-
tingere potest, diuina gloria tua, ad om-
nem aternitatem fruatur.

*Meditationis in Psalmum
CXX. finis.*

ARGVMENTVM
psalmi CXXIX.

Mens & conscientia peccatis terri-
ta, inter ingentes angustias mortis DE-
VM inuocat, ac veniam ab eo petit, argu-
ens se iniquitatis, cuius illa grauitatem
etsi agnoscit, tamen misericordia Dei, ac
promissorum cœlestium spe se consolatur
ac sustentat,

MEDITATIO IN PSAL-
mum CXXIX. iuxta
Hebræos CXXX.

TEmpus vite, mea ad senectam ver-
gens, & imminentem finem toto
sensu, omnibusque mēbris quotidie
persentiens, me ad grauem recordationē
quasi supremis cogitationibus anxium addu-
cit